



1199

Tractatus perutilis de phito
nico contractu fratris Thome murner liberaliū artium
magistri ordinis minorum Ad instantiam Generosi do
mini Johannis Wörner de Nödsperg compilatus.

Generoso dño Johanni de Wszperg frater Tho-
mas murner Argen. se offert deuotissimum.

Cum tuorū in me bñficioū generose dñe magnitudiez
contemplor / angor sollicitus / tuis occasionibus exactis
celi motibus epistolari stilo missis / respondere. suspicor
equidē ne mens tua epistolariū tenore aliena sit. an ve nō
tua sed aliorum lingua loquaris. In me enī talium nō
assuesti solutiones sumere questionū fortassis / et qz in-
uidia antiquata nostrorū magistra / infusa tibi dari nō
veretur. Ad propositas igitur mihi questioes cū obmu-
tesco nunquid rubore cōcutior. Verum quidem nisi mei
seculi Argentinensibus foret etas cognita. Aut qz Pla-
tonica secta imbutus. estimabas omnis scientie plenitu-
dinē ab infantie exordio tributā. Opinariis ne nostrum
scire tantū antiquorū remuisci. Reuera te fefellit opinio
Sed quia adiecisti meū subterfagere ingenū / has que-
stiones solubiles reddere. ratū certumqz habeo / quia nō
tua (vt dixi) sed emulorū meorum mente vsus fueris.
Fateor equidē me ignarū / nec illud quid icogniti aufero.
nec vrit inuidia nisi portante dolendū profecto est / nullā
tam letaz segetē esse / cui lappe aut lolii / aut steriles nō
noceant auene. Sz aures prestemus inceptis. scito tñ qz
rem grandem et hūane indagini vix possibilez exposcis.
tum qz res vltime extraneitatis et mirabilitatis propo-
nis. Et sane sciuis mirabile esse / cuius est occulta cau-
sa raraqz inuentio. quid etiā quia nō fidei sed naturali
contentaris rōne. prudens inquā taciturnitas garrule
prefertur dicacitati. Disputaturus igitur de hac mate-
ria / nō nisi seruitutis causa me iminisco / vt qd non va-
let ingenij paucitas suppleat id tandem famulandi vo-
luntas. Vale felix / cadatqz in te illud poeticum / vixeris
eternum / extendens in seculum nomen / ex Friburgo
hisgaudij Anno. M. cccc. xcix.



Dnomine ergo summi

Jouis / exordiamur illud quod volumus
narrare. Gratia ordinis et forme presentez
tractatū triplici personarum distingimus
colloquio / vt non minus materie ameni-
tas / quā bonitas lectorē amicum afficiat
Tum qz et alium eiusdē materie per quaz
fidelem Serenissimo principi Sigismūdo
archiduci Austrie transmissuz. et per Con-
radum Stiirzel vtriusqz Juris doctorem
excellētissimū vigili indagine correctum
dialogio distinctum conspexi. Qui licz (vt
dixi supra) fidelis sit / et huius snie diffinio-
tius nō poterit tñ eodē curiosus rerū idā-
gator quietari. Quare vt premisi procedā

Johannes Wszperger

Dthoma mi dilecte Tibi vt compatiar hu-
mana cogit natura. Quid est qd ceteris
plus te male fortunatum natura pstituit
maleficiatum reddidit a phitonica dico muliere pctum
Que inquā tue genitrici / vt maliuola nocumentū aspor-
taret / amicitissimo sibi obesse sponndit. tuo vt percepi res-
latu. sic equidē tue matris dilectio (instigante natura) in
peiorē partē secessit. Est ne piūm tuis dictis fideles presta-
re aures. Bonā inquā fortunā Augustinus deam plus
ribus in locis retulit. et tibi cū dissona nō solum homies
sed et dñi deeqz nocere presumūt / qz in tuo studio clarius
innotuit. vbi nō semel / sed pluries que sumpseris nocu-
menta claret quam apertissime.

Thomas Murner.

Quam gratam foret generose dñe (si ingenij adesset cop-
pia) vt quia me dignum inter disputandū iudicasti. Quo

gorq; sollicitus. q̄ ita me isto tempore videam imparatū
vt vix gratitudinis aliqd̄ vestigiū satis digne tibi testa-
tum possim relinquere. Vt aut̄ famulandi clarus inno-
tescat voluntas/ locum dabo verecundie/ responsurus
ad materiā propositā me cōuerto. Mihi quia cōpateris
bene dicis illud eē hūane nature. rōne/ nec animal aliqd̄ si-
mile sibi specie māducat. Queris demū rem grandē et hu-
mane indagini hāud possibilem/ cur natura me plus ce-
teris male fortunatū reddidit. Sec̄do cur p̄tractum. Ter-
tio/ vtrū ne p̄iu n̄ sit credere si sit. Quare his tribus que-
stionibus p̄ntem absolua tractatum. Et q̄ preteritos ad
memoriam casus deduxisti magis flere q̄ scribere libet
res pauca homines insidiari. quoniā cunctis qui placeat
non credo q̄ mō viuat/ sed deos deasq; inimicos habere
grane valde. Augustinū autē q̄ allegas/ quid r̄ndeam
latet penitus/ nec aliqd̄ p̄tz refugium/ nisi hoc vnicum
vt studiū meū relinq̄a deo (vt sollicitus sum) in mona-
sterio famulaturus/ et modo illo superos meis precati-
bus reddere placatos.

Caspar de Ndzsperg.

Ab inceptis fidedignis/ quia recalcitrare turpissimū/ et
tu o Thoma studiū ad finē quasi deductuz/ asseris relin-
quere velle. Nescis q̄ multis in rebus bestiis sumus infe-
riores. Hoc solum maxie excellimus qd̄ sapiamus. Quan-
tum ergo hō a sapia recedit/ tantū ab homie alienatur.
nature bestiarum proximat. Quanto autē sapiam se-
quitur/ tantū a brutis elongatus/ in hois natura excel-
lit. Fortuna quidē ceca. nec probū nec improbus/ nec vllā
homis dignitatē. aut ordinē discernit. sed se vel citius per-
uersis moribus animoq; ignobili quippe ad votuz eius
procliuoz concedit. Et tu scientiā refutando fortunā ex-
poscis. Nec est i mdo aliqua fortuna quā nō augeat lra-
ram noticia. Nam dixit Aristoteles vbi plurimus intel-
lectus et ratio/ ibi minima fortuna. vbi plura fortuna
ibi minimus intellectus. Multo ergo magis ea sapientie
pars appetenda/ que hominē etiā supra hominē efferens

superis quā proximū reddit. Quod aut̄ de augustino di-
ctum est nihil concludit/ nā seipsam reprehendit/ in pri-
mo retracta. ca. primo. Cepto igitur adherere studio licet
et sic tui nauigij laudabimus felicitatē cū perueneris ad
portum/ te magnificabimus post rerū cōsummationē.

Johannes woznher.

Jā oro ediffere Thoma. cur te plus ceteris natura ma-
le reddidit fortunatum. Est enim in deo duplex providē-
tia/ generalis prima/ qua deus ipse res regit/ sc̄dm q̄ na-
te sunt regi vt dicitur vij. de ci. c. 3. Sic deus res quas con-
didit re. male regeris/ quare diffortunū cā tu ipse es/ aut
saltem aliquid tui/ ex parte corporis aie ve constitutum
Secūda providentia specialis est/ ex quadam electione
procedens sc̄dm quā deus providet vnicuiq; hominum
sc̄dm merita presentia vel futura et occulta nobis. sibi ta-
men presentia/ q̄ eius iudicia iusta sunt semper/ licet oc-
cultā/ ita q̄ aliqñ aduersitas plus proficit quā prosperi-
tas sc̄dm Boe. iij. de cōso. Hoc ideo dixi. q̄ si te vna illa-
rum dei providentiarum attingeret/ iā vltra questio cur
plus ceteris sit infortunatus inualida essz/ nā dixit pau-
lus/ quā incōprehensibilia sunt iudicia eius. Sed de na-
tura quero/ vtruz naturale quoddam sit te plus ceteris
male reddens fortunatum.

Thomas Wurner.

De bene fortunato stat in trimembri diuisione/ vt ha-
bet Scotus. similiter et de male fortunato cum tot mo-
dis dicatur vniū oppositorū q̄ modis dicitur et reliquuz.
Primū nullus dicitur bene fortunat^{us} propter actū vni-
cum fortuitum/ sic nec male fortunatus/ vnico infelici
actu implicitus. Sc̄dm nullus dicitur bene fortunatus/
quia semper bene ei accidat/ sic nec male fortunatus. cū
nullus talis sit sine speciali miraculo. Tercium est quis
bene fortunatus/ q̄ vt plurimū bene accidit per contra-
rium male fortunatus. Nā dixit Aristote. primo ethico

rum/non facit vna hirundo ver sic nec actus vnicus for-
tutus/bene vel male hominē redd it fortunatū. Fortuna
igitur tertio mō capta stāte cām queris cur illi vt in plu-
rimū bene/alteri vt in plurimū male accidat. Qd̄ autē
de dei narrasti prouidentis/nihil mibi constat/cū natu-
raliter sumus sequuti. Circa naturā autem triplex repe-
ritur philosophandi modus.

Est autem primus respondendi modus dicēs. bene for-
tunatum magis esse dispositum vt ipsum cā vniuersas
lis moueat/ad hunc locum magis quā ad aliū/vt si au-
rum sit ibi et fodiens ipsum inueniat/ergo scdm̄ hūc di-
cendi modū qui est Theologorū/fortune causam nō in-
trinsecam rei/sed extrinsecam dicimus. Attamē Aresto-
teles querit causam intrinsecam quā dixit esse impetum
Sed si tu dicas tu queris causam vbi non est causa/nā
effectus fortuitus non hz cām. Dicendū q̄ norū sint Ares-
toreli. Qd̄ sicut illud q̄ euenit in pluribus hz causam vt
in pluribus vniformiter/ita q̄ euenit in paucioribus et
difformiter/hz reduci ad cām vniformiter agentē et per-
se. Causa aut̄ intrinseca huius impetus est scdm̄ Aresto-
telem cū dicat in li. de bona fortuna. Est ergo bona fortu-
na sine rōne nata/bene fortunatus enim est sine rōne ha-
bens impetum ad bona et hcc adipiscens/hoc autem est
natura/in anima enim inest tale natura quo impetu fe-
rimur/sine ratione/ad que vtiqz bene habebimus/et si
quis interroget ab operante quare sic facit/nescio inquit
sed placet mihi simile patiens his que a deo ac ūtur etenim
a deo vcti sine ratione impetuz hnt̄ ad operari aliqd̄. Et
vult dicere q̄ aliqui habent velle/ad q̄ sequitur bonum
aliqd̄ preter intentum ex impetu et sine ratione et causa
huius impetus est natura. Denū dicunt alij non intrin-
secam sed extrinsecam causam ponentes non tamen dū
vt theologij sed celum/vel intelligentiam mouentē celuz
mediante celo/vt deus ipse immediate mouens/hic tuz
alijs coincidit.

Johannes Weinsler.

Ponis triplicem opinandi modum. Primus autē que
Theologorum asseris/non videtur in veritate posse per-
sistere. Nec mentem quietare potest/ quia tum queri pos-
set quare ad propositum illius sequitur bonum et nō ad
alterius propositum / quū etiam. Quia est contra Ares-
totelem/ qui non videtur ponere aliqd̄ nouum immedi-
ate esse a deo/ vnde ipse ponens mundum eternum/ non
posuit motum potuisse esse nouum/ nisi scdm̄ partes ita
q̄ totus non potuit esse nouus/vt habetur. viij. phisico-
rum q̄ deus non potest causare nouum munduz vel no-
uum celum vel nouum motum scdm̄ suam totalitatem
Secundus vero respondendi modus qui fuit Aresto-
sis non procedit quia dixit q̄ aliquis habet impetum si-
ne ratione. Contra non est fortuna bona sine actu volun-
tatis/ quia fortuna est effectus contingens consequens
effectuz agentis a proposito. Nunc autem actus volun-
tatis est circa obiectū ostensum a ratione/ ergo talis im-
pulsus ad volendum/ non est sine ratiōe. Preterea si na-
tura impellit aliquem ad volendum et nō ratio/ ergo nō
esset fortuna q̄ euenit/ sed casus/ cum hcc differentia sit
inter fortuna et casum. ij. phisicorum. Tertius autē mo-
dus qui dicit q̄ nihil sit effectus fortuitus/ nisi illud ad
q̄ causalitas celi se potest extendere/ non videtur vero cō-
sona. Cum aliquid sit in homine ad qd̄ causalitas celi nō
potest se extendere/ sicut est volitio nisi occasionaliter mo-
uendo appetitum sensituum scdm̄ cuius inclinationez
apta est voluntas inclinari celum ergo quia non potest
volitionem attingere/ nec etiam causas ad eius causatio-
nem coniungere ideo aliquid est in homine ad q̄ celi cau-
salitas non potest attingere/ et per consequens nec fortu-
ne causa referri.

Thomas Arner.

Discrete Johannes. Absit longe a nobis/ vt ea que spū-
ritus sancti instructu/ Theologia dictavit/ falsa dica-
mus. Qd̄ autem queris quare ad illius proposituz et nō

alterius sequatur bonum/fortassis et qz sic voluit deus ipse/cuius voluntatis inquisitionez supra dixi infirmā. Aut qz passi indispositio/nam deus influit in quodlibet uniformiter in quantū pōt/scdm Arestote. et qz iste ē dispositus/illem non/ideo deus impellit istum ad tale propositum ad q̄cōsequitur cōmodum illum autem nō impellit quia non inuenit in eo dispositionē requisitam et si vltra queris que diuersarū dispositionū causa semper deuenitur ad vñū primum/voluntatem dico primi entis licet phūs illud forte non diceret. Qz vero de nouitate dixisti non videtur Arestote. sibi ipsi contradicere Dato enī q̄ oporteat aliquos effect⁹ fortuitos nouos reducere immediate in deum adhuc sibi ipsi non videtur contradicere/ quia certū ratūqz habuit Arestote. scdm propria sua principia aiā intellectiuam esse a deo immediate/ et ad hoc attingere potest ratio naturalis cū sit immortalis/ et ita aliqd nouū potest immediate esse a deo. Quō autē illud possibile sit/ cā breuitatis omissum relinquitur. tñ de hoc lege scotum in vltima qōne quotlibetorū. Aut dicas quōz vtriqz si sit propter diuersitatem causarū rece priuarum nihil noui deo imponitur sicut sol immediate soluit glacies/ et coagulat lutum/ nulla posita nouitate in eo/ ita scdm Aresto. hoc corpore organizato/ de⁹ necessitate immutabilitatis/ causat hanc animam et prius non ratione indispositionis materie. sicut nec sol causat alium et alium radiuz in aere et in aqua/ nisi propter diuersitatem recipientium q̄ in perspectuis nostris concludatū ē. Quid tamē scdm fidem et veritatem dicendum esset supra loquendo de dei prouidentia duplici/ solus cōfessus es. Qd̄ p̄tra Aresto. facere videtur/ equiuocat. Nā Arestote. intellexit fortunā esse sine ratione cōsiliante/ Nō autē sine rōne volitū obiectū ostendere. Qd̄ aliud autē dicitur q̄ licet natura sit mediata causa illius euent⁹ fortuiti/ non tamen immediata sed voluntas. vñū intendens licet sit aliud eueniens p̄ter intentuz q̄ dicitur fortuna nō casus. Illud q̄ est 2̄ terciū respōdendi modū. Dato q̄ celi cālitās ad oīa alia p̄ter voluntatē se extendit.

Si autē aliquis fortuitus effectus in voluntate pōatur in deū reducere oportz qui oībus prouidet et 2̄iungit cuz dicat/ ymo et capilli capitis vñi numerati sunt. Hoc aut cum sit 2̄ Astrologos/ clarius de hoc loquar in quadru partito meo maiori. Queris igitur generose dñe. Cur me plus ceteris/ natura male 2̄stituit fortunatū. triplicē vidisti modū/ habes enī duas extrinsecas cās/ et vñā intrinsecā. Forte de intrinseca loquēdo talem imperum ad cōmodum nō habeo qui se tenet ex parte cōplexiōis/ nō aīe vt hz Scotus. ymo et Arestoteles. Quare diffortunij cā nō sum ego. nō ē enī in prāte mea/ mutādi corporis cōplexiōnes aut staturā. Quis enī ē ex vobis qui pōt ad staturā suā adijcere cubitū vñū. quasi di. nullus. quare me excusatum oro/ habeto. Si at de extrinsecis causis loqui 2̄tingit. primo d̄ celo videamus. nec est i prāte mea diuersos planetarū stabiliumqz stellarū coitus mutare/ hora generationis/ seu mee interemptiōis. Si at dixeris/ qz dixit Ptolomeus. virum sapientē astris dñari/ et opus stellarum ita adiuuare/ quēadmoduz semiator fortitudines naturales in libro Almagesti et suo quadrupartito: Verum quidē fateris qz sapiens. vbi aut stulti et mihi similes manebunt. qui nō soluz nō astris dñari nō p̄nt. ymo nec p̄nti incōueniēti obiecto. Quare me scdo excusatum habeto. de alia autē cā extrinseca. que est deus/ parū sentio. cur cadere permisit/ confido tñ/ vt in posterum gloriosius resurgā. Vaz nr̄is terris equos quadrupes cadere vidi et ledere pedes. Vach. Iuuenis et inexpertus lupus/ quē nullus vnquā rusticorum clamor circūdedit.

Caspar de Mdzperg:

Dixisti Thoma supra. Quare vnus plus alijs redditur male fortunatus. Nec vltra sit questio 2̄grua/ cur contractum reddidit. quoniā coincidūt potiozem aut theologorum rōnē nescio aliquam. Sz insuper ad vltimā questionē mentē feramus/ que querit. vtruz ne pium sit credere. si sit/ volo dicere de hoīm ligatiōe. Qz non sit/ fides

nostra ꝑcludit. Que dyabolum quiusmodi incursum
causam assignat. a quibus nec iuuenes nec senes nec pro
bi nec improbi excludos oñdit. De iuuenibus dicit Augu
stinus. xxi. libro de ciui. dei ca. xvij. Proorsusq; scriptum
est. Graue iugū filios adam/ a die exitus de ventre matris
eorum vsq; in diem sepulture matrē omnium vsq; adeo
impleri est necesse. vt ipsi paruuli per lauacrum regener
ationis ab originalis peccati quo solum tenebatur vin
culo/ iam soluti multa patientes. nonnulli incursum spi
rituum malignorū patiatur. Et Jeroni dicit. Quid cau
se est vt sepe binoli et trinoli ac vbera materna lactātes
a demonio corrumpuntur. De senibus ego ipse testis. De
probis Job. De improbis q̄ plures alij. Ergo conclude
re licet demonē/ non vetulas nec aliquod naturale esse
causam istius contractus. Deus autem ipse facienti fa
cultatem tribuit.

Johannes Wdenher

Thoma magister mi/ et preceptor charissime. Estimo
genitoris mei dulcissimi mentes consimilem Theologo
rum opinionem. immaterialem estimantiū substantiam.
figurationū omnium causam. (volo dicere) dyabolum/ sum
pta primum id exequendi a primo ente facultate. Vide
tur enī (vt dicit Aresto. primo methaphisice) deus omni
bus esse causa et principū quoddam. Quare dixit com
mentator primo lib. de anima. q̄ rei cognitio per suam
causam est magis firma q̄ sui esse tantum. Dicūt vltra
q̄ summi dei p̄missione/ et iusto dei iudicio/ indifferen
ter iusto atq; iniusto iuuenibus et senibus contingat. et
ad illud allegant sua iura et doctores catholicos. Q; si
verum sit/ nescimus/ nisi scientia larga/ sicut capit Au
gustinus scientiā. x vij. libro de trinitate. c. iij. Dicit enim
Absit q̄ scire nos negemus/ que testimonio didicimus
aliorum. Tum quia est creditum/ in hac cōmuni nō pos
sum responsione contentari. deum cunctorum causam
assignando. Ab hoc enī ente celum et totam naturā deo

pendere. xi. methaphisice Aresto teles expertus est. Pre
terea omnium causa deus/ quid nostra proderunt scripta
singulorum causas inquirendo. Sat est enī deum ipsuz
causam profiteri cunctorū. Non sit queso hoc nostrum
propositū. seu deliramentū. presupponamus enī prima
riam causam plus ceteris influere. Qui enim ponit vnū
agens tantū q̄ omnia agat/ tollit a rebus suas proprias
actiones. Quas si quis tollit/ aufert et earum essentias
nec habet (vt ait cōmentator) cerebri naturaliter aptū
ad bonū. Exempli gratia. Pluuiarū que causa deus ipse
prima/ secunda demū essentia quinta/ diuerso stellarum
coitu/ que tertio diuersarum exalationū motrix est plu
uias inducentiū. vt habetur apud Arestotelem in libris
methereorū. Naturas igitur rerū rimaturi longe deus
a nobis theologice cum loqui cōtingat/ qd iustum est fa
rebimur. Et huiusmodi theologorū commenta ad pre
sens relinquamus. Nam hincōi opinionis est omnis no
strozum rusticorum caterua repleta.

Thomas Wurner.

Modestius o Johannes loquereris/ si harū rerum cau
sior tibi esset intellectus tue infantie parcendū estimo.
Nescis q̄ dixit Aresto. Quia maior est rusticorum fides
quaz philosophorū et doctorum virorum. Nam dicit
Scotus li. iij. xxxiij. dist. q. i. q̄ duplex est impotentia in
genere. Naturalis vna ad quā membri sequitur mutila
tio seu frigiditas. de q̄ nihil a p̄ns. Alia autem casualis
que fit per maleficiū. et hec fit per malignos spūs qui ha
bentes pactiones cum hominibus/ seruant promissa. non
quia veraces/ sed vt alij eis adhereant. Quia si nulla pactio
seruarent demones/ nulli homines eis seruirent/ et
vt illi quibus seruant promissa eos colant. Nam ex su
perbia sua precipue appetunt honores diuinos. Deus
etiam permittit eos exercere potestatem suam/ ad im
diendum aliquos/ ab aliquibus actibus/ in quos posse
sent/ si non essent impediti/ et hoc propter peccata

eorum. vel propter aliquā aliam cām occultā. et hoc mō
magicus hñs pactū cū demone/ procurat ab eo vt istuz
impediat aliquo actu/ quādiu aliqd signū a demōe posi-
tum perseuerat. pata acus curuata/ vel aliquid id gene-
ris. Jā enī vides quid senserit doctor subtilis/ cuius pri-
us mentē cōmentū nuncupasti. Qd aut arguis/ o mnia
tua cōcluserunt argumenta vnīcū illud/ q̄ deum nō des-
beamus immediatā omnīū causam referre/ licz mediā/
tam ponere nulla rōne prohibemur.

Johannes Wörner.

Scdm verba doctoris posita/ posset queri q̄ remedium
esset adhibendū contra istd̄ dyaboli impedimentū. Scio
tamen p̄traria p̄trarijs curari. quid p̄ facta dyaboli. Si
dixeris orōnes/ et tu cū sanus sis/ quo mediante. scire
exopto cū te plus in tua egritudine iurasse et vetale ma-
ledixisse/ quaz orasse seu sc̄tōs inuocasse constat. Ergo
nō est verum qd̄ dicunt theologī/ q̄ in hmōi necessitati-
bus sancti solum sint inuocandi/ cū sit aliud per qd̄ me-
deri oporteat. Et tu dicis te sanitatē recepisse vnus hoīs
auxilio/ quare te et illum excomunicatos/ iudicare p̄so-
num dixi. Oye aye q̄ figmentū componis/ dicendo. quia
sanus factus ex tactū sacci vnus/ et aqua immundicijs
scutellarū maculata inuenisti ne in naturalibus discipli-
nis/ quozū professor es. His in rebus huiusmodi in esse
actiones. Nunquid verum dixi/ facientē et consulem ex-
comunicatos/ et a christifidelium cōione excludendos.

Thomas Murner.

Vidco te Generose dñe/ contra me furore concitatū. quia
verum dixi Quid si deliramentū protulisset. Odest vi-
uus Matheus et Jacobus murner qui huius rei testes
sunt Nam i ore duozū stabit omne testimoniū. Figmentū
autē quia me dicis cōponere. scis enī et audisti que-
stionē prius Scotus concessit/ demōes pacta seruare ho-

minibus/ seductōis cā. nō qz veraces/ quādiu signū per
ip̄sos positū durat. Nā si aliquis sciēs maleficiū destrue-
ret nō eēt excomunicatus/ sed opus faceret meritorū. Insi-
das (dico) dyaboli destruēdo/ et opera. Quare dixit Scot^s
q̄ trifatica est illa questio/ an liceat tollere maleficiū
Intentiōe curādi maleficiatū. Non enī solum licz/ sed est
meritorū destruere opera dyaboli/ nec i hoc ē aliqua infi-
delitas/ qz destruēs nō acquiescit operibus malignis/ sz
credit demonē posse et velle fatigare dum tale segnuz du-
rat. et destructio talis signi/ iponet finē tali vexatiōi. sic ē
saccū et aquā illaz immundā puto signū mihi finis fuisse
infirmittatis a demōe posituz/ et illud morā habuit āni.
q̄ si post annū cum sacco fecissem/ q̄ in āni spacio factū
fuit/ nunquā pristine redditus fuissem sanitati. nec mi-
hi placet d̄ illa materia loqui/ sum equidē in irā p̄ceps
et p̄turbor/ qz homis vnus pessima voluntate/ nūquā
āni infirmitatē a me visū/ tali miserabili pena sine meis
meritis/ crucior per oēs dies vite mee. Et nisi oipotens d̄s
sua summa bonitate et clemētia/ me inter suozum sacer-
dotum numerū collocasset/ quid facerē deo oipotenti of-
fero. Idcirco hac opiniōe theologozū/ que est scdm verit-
tatē velis (oro) cōtentari.

Johannes Wörner.

Thomas mi charissime/ latet ne te cautela Arestotilis/
Qua opponentē informat/ rñdentē debere reddere furio-
sum vt ab ipso materia relinquatur proposita/ quā a te
suscepi/ es ne similis mihi/ qui oibus do documēta salu-
tis. Furoz vero si me cōprehendit documētozū meozum
virtus oino euanescit. Transeāt theologica/ hec sit que-
stio vtrū hoīm ligatio naturali possit rōne demonstrari/
volo dicere vtrū ab actiōe naturali sit. Et vidz q̄ sic. In-
iuste equidē punitur qui nunquā d̄liquit. Sz ligātes pu-
niuntur. ergo deliquerūt. p̄z maior in actu iudiciario. li-
cet in operibus diuis nō procederet/ cuz aliquis punitur
aliquā nō reus/ nunquā tñ iniusto dei iudicio/ de quo ni-
hil ad propositū. Patet minor in lege. Multi. C. de male-

et mathe. Statuarum insuper hincinde apud iudicia pu-
blica sitarum/que denigratiois causa nisi huius actus pena-
lis sententia. Consueverunt et ob huiusmodi noxam nostris terris
vetule igne cremari. Longeue quapropter consuetudinis non
est vilis auctoritas/nec est verisimile/vt huius Aristotele. Quod
ab omnibus fertur/omnino deperdi posse. in oppositum tamen
fuit fides/vt dictum est. ergo quid dicendum sit oro breui-
sus concludere.

Thomas Murner.

Dixi clare in superioribus generose domine/id sensu expectari/
causam insuper adiungi. illa tamen quod non presentaris. Dis-
co primo nisi verba sequentia summe ponderaueris. Huius
rei secretum vix patebit. Et quod licuit nunquam sensibilem negare
effectum/ex insensibili causa procedente. Quare hominem fas
teamus ligationes causam inquirentes/que quidem audiuntur
mus dari non prohibemur visa protestando. Sed quod diceret
forte illud infidele quoddam hominem dico ligationes naturali
via euenire posse. Ad hoc respondet Aristoteles dicens naturam non
agere/nisi quod a superioribus causis mota que sunt deus et
intelligentie. opus enim nature est opus intelligentie. vi. Metaphisicis.
vbi videtur sentire deum huius actus causam principalem
et mediam. ergo immediatas inuestigare nihil inhibendum.
Est autem circa hunc ligationis actum multiplex opinio
multis autem omissis/quinque tamen posite sunt. Est igitur
prima theologorum iam posita quatuor autem philosopho-
rum. Equibus est una dicentium hunc effectum cum omnibus
aliis esse a forma celi quam contrahi nouimus quandoque sue
natalis et interemptiois hora. Dixerant antiquiores no-
bis/suntque experti/celi signa per singula corporis mem-
bra ducatum obtinere sic quod aries caput/collum thaurus.
gemini brachia obtineant/sicque deinceps que docet Astro-
logica/ licet a modernioribus puta iuristis pertrahatur
minus tamen iuste sed quod in quadrupartito meo maiori libro
primo expressi clarius. Est equidem in omni famatum philo-
sophia inferioris mundi corporum motus primos celestium
itus atque reductus archanis quibusdam nature vinculis

trahentes sequi. Sic enim crescente luna in animalium cor-
poribus humores abundant/decrescente attenuantur/vt
etiam humani corporis vene illic pleniores/hic laxiores re-
peries quod in egrotantibus clarius apparet. Certius inquam
certo venam seu membrum ferro tangi non debere luna supra
idem ducatum habente. Summa igitur in naturali actione
celi ad disposita passa concordia. Quod patet/qui enim prioris lu-
nationis mediate decumbunt natura eorum fortior morbo
validius repugnat in sequenti debilior lenius succumbit.
Quotidianas etiam egrotantium affectiones quotidiane om-
nino lune applicationes ad primum locum trigone tetrago-
ne opposite et reductus mentiuntur/ob quod privilegium huius die-
es inter ceteros certo nomine discreti sunt. Nonnulli etiam
numerosis obtinent experientis ex diuersis lune mansioni-
bus diuersis suorum membrorum impotentibus affici. Et hoc
est quod voluit plato noster diuinus de intellectu anime facies
duas circulationes/ita quod posuit celi eosdem cum motibus anime
id est quod actiones celi sunt eodem cum actibus anime ut
allegat eum Aristoteles. id est de anime. licet iniuste eum redarguat.
Vsq; adeo quod dem motus etiam tam hominum quam ceterorum ani-
malium primus solis iter sequitur. sole siquidem oriente sur-
gere/et progrediuntur ascendente cursu addunt ac tanquam
motus absente duce quiescunt ad exitum illius iterum exitum
post lunam autem et solem stellarum/tunc omnium quidem effectus
certi preter quod vulgo non adeo sunt vbi luminarium virtus
approbati. Demum posset aliquibus ut dicunt rationibus
persuaderi hominum dico ligationes naturali via euenire
posse. licet causa sit occulta. Homo enim ipse ab antiquis
microcosmos est appellatus/quasi maiori similis mun-
do. Ex qua quidem Albertus similitudine intulit distan-
tias duorum extremorum digitorum et a planta pedis ad
verticem recordare. Nature enim cui comoditas in omnibus
placet quam maxima celo cuncta comprehensuro figuram impressit
sphericam. Et idem quod in homine dicitur diuiso homine per duas lineas or-
thogonaliter se secantes/sentiedum erit de maiori mundo. Nam
omnes lineas a centro circuli ad circumferentiam ductas equales
esse necesse est. Quis autem mentis sane maiorem mundum esse miratur

bilibus plenum negabit. Cur ergo totidē vel saltem alio
quorū mirabiliuz pluralitatē nō p̄tinebit hō ipse qui sup̄
minor mūdus dictus est. p̄t̄ p̄na. Nā i euāgelio d̄r. P̄re-
dicare euāgelioz oī creature. id est hōmī cū oībus cōueni-
enti. Est autē hō oīm naturalium finis. ij. phisi. sunt et om-
nia propter ipsum vt cunctis dñum iponat / scdm q̄ in
geneseos volumie p̄tinetur. Hnt etiā naturalia insitam
naturalem obedientiā erga ipsum. Quare dixit Aresto.
solez et hoīem ad hōmīs p̄currere generationē / nisi qz su-
periora infimis p̄sint (hōmīs natiuitatū et iteremptio-
num) cōtracta. Quid demū est qz dixit tēpora pluuio sa-
prodesse piscibus / auibusqz obesse. nisi qz scdm aure di-
uersitatē et inferiora variari necessariū infert argumen-
tum. Que autē huius aure diuersitatis cā nisi hęc quam
Arest. in li. meteorozū assignat dicēs. Quia necesse erat
hunc mundū inferiorē. i. q̄tuor elemēta p̄tinuis superio-
ri subici lationibus / vt fere tota eius virtus inde gaber-
netur. Preterea i quolibet ordine eēntiali d̄structo primo
destruitur omne posterius. ij. metha. Motus autē celi ē sim-
pliciter primus. viij. phisicorū. Ergo motus qui ē sanita-
tis ad egritudinē est a celo alias eē nō poss̄. Postremo ve-
ro diximus oē mixtū eē corruptibile. ḡ destructiuū prin-
cipiū i natura reperiri p̄ns est / hoc enī est qd̄ voluit Sco-
tus li. iij. di. xliij. q. xi. nō ē dare i natura potētiā passiua
cui nō corrūdeat actia i natura. Cum alterū p̄rioruz fue-
rit naturale / et reliquū necessario erit naturale. ex de ce-
lo et mdo. Materia equidē p̄riorū eadē ē / vt h̄z cōmētatoz
p̄t̄ scdo / timet enī oīs mdi spēs aliqd̄ horribile et destru-
ctiuū. Habetqz aliqd̄ p̄fortās et letificās per propriā natu-
rā. sic oīs ouis lupuz tiet / quē nō soluz viuū s̄ et mortuū
instictu nature visu et gustu cognoscit lepus canē. canē
murē / et oīa quadrupedia leonē. oīa volatilia aquilā. fi-
naliter oīa aiantia hoīem. Vult ergo hęc opinio hoīm li-
gatiō. naturali viā euenire posse. celum tñ coadiuuatē
estimāt cām. inuenitqz rerū huius mdi p̄cursus eē scdm
stellarum coitus / et gaudium et victoria et tristitia pen-
det exinde / et per illud iudicatur tanq̄ per causam.

Contra hanc opinionem dilecte Thoma quā Astro-
logorum suspicor dicentium ligationis effectū esse a for-
ma celi quā contrahit quisqz hora sue natiuitatis seu in-
ter emptionis videtur absurda. Nam vt habem⁹. p̄vi.
q. ij. lo. textus de supersticiosis dicit enim neqz ab hoc ge-
nere supersticionis (de quo in textu) segregandi sunt qui
olim genitiliati propter naturalium p̄siderationes die-
rum nunc autem mathematici vocātur. Nā et ipsi quā-
uis veram stellarum positionem cuius quisqz nascitur cō-
sequuntur et aliquando peruestigant / tñ q̄ vel inde co-
nantur actiones nostras vel actionum euentus predice-
re nimis errant. Huius igitur artis scia vsqz ad christuz
fuit concessa vt christo edito nemo exinde natiuitatē alio-
cuius decelo interpretaretur. p̄vi. q. 3. Qd̄ demum infer-
tur qz planetis in singulis membris specialis esset p̄tās.
et ita ad singularissima procedere satis a Prolemeo no-
stro estimo redargutū dicit enim non debet Astrologus
dicere rem particulariter sed vniuersaliter. Singulariū
etiam non esse sciam Arestoteles approbavit. Finaliter
concluse omnia iudicari per celum vt per cām q̄ aper-
tissime claret falsum in glosa p̄vi. q. v. Non liceat. Illud
autē q̄ arguit motū celi simpliciter esse primū scdm theo-
logos forte nō concluderet cū dicat Scot⁹ li. iij. di. xlvij.
Primū motus celestis ad alios motus nō esse primi-
tatē cause vel alicuius a quo depēdet essentialiter sed tan-
tūmodo cuiusdam perfectōis in quibusdam cōditionibus
motus que sunt irregularitas et velocitas. Patet enim q̄
essentialiter non dependet actio corporis celestis in aliqd̄
inferius ex motu illius corporis qz scdm philosophū. ij. d̄
generatiōe nihil facit latio ad generatiōez nisi qz adducit
generās. ḡ si sine illo motu generās eēt eque approxima-
tum eque ageret. Tū qz falsum ē q̄ Astrologi fingūt di-
centes superiora in inferiora agere cū supra sit dictuz ali-
qua eē ad que celi actiuitas pertigere nō valeat. Preterea
intellectus vniuersaliuz est sensus singulariuz ad opera

autē cetera sensus iudicio deuentū extitit ergo de ipsis sci-
entia nō est tū qz singularia/ quū etiā qz aliter se habere
possunt et de contingētibus est Astrologia. De contingē-
tibus determinata veritas non est. Insuper arguitur
Astrologie officiu superuacuu et inane qz res pertingū-
tur per experimenta et minus quā pōt percipi rei veritas
experimentatiue est dum bis in vno esse inuenitur. Sed
hoc in planetis est impossibile. planeta enim cum fuerit
in aliquo loco ex signis ceteriqz planete aspiciētes ipsuz
vel ei coniuncti ad consimile esse non reuertūtur nisi post
multa milia annorū ad cui⁹ tēporis quantitātē nunq̄
humana vita sufficit. Quō est ergo possibile homini vt
bis aut sepius in eodem eē plās reperiat quatenus ex eo-
rum reditu probet quid significant. Demum rarissime in
suis doctrinis Astrologi reperiuntur cōcordes et ceteris
semper sunt magis egentes. Quid plura referā Stāte ce-
lo si applicetur ignis stuppe et dicens nō posse cōbure ce-
ror est et hic articularis est parisien. q̄ multe actiones qua-
rum causa celum dici nō pōt de quibus dubium nō est.
Quid ergo de illo actu phitonico dicemus in quo maxima
occurrit difficultas non apparentie dico tam sensui quā
intellectui.

Thomas Wurner.

Generose dñe licet multa in mediuz duxeris. Argumē-
ta falsitatē opinionis Astrologorū probantia forte et qz
non falsa nō est enim credibile antiquos patres et phōs
a quibus ois scie fons et origo processit rem tante falsita-
tis posuisse. Sed qz de hoc specialem tue dñationi tracta-
tum edidi puta de reuolutionū veritate falsitateqz nun-
cupatū iā cure non est tuas rōnes reddere solubiles quōz
in eodem tractatu solute sunt. Attñ qz tibi nec hec placet
opinio inueni. Tertiā que est Alberti magni dicentiuqz li-
gationū cām aiaz ipsam seu cōsensuz ipsius siue qz idem
est voluntatem non vt liberā sed ad effectū declinantē de-
siderate rei. Fundatqz se in dicto Quicēne septo naturali-
um dicētis. Quia hoim aie inesset virt⁹ quēdā res exte-
-

nas immutandi/ alia autē entia obediūt ei qñ ipsa fertur
in magnū amoris excessum aut odij atqz id generis. Cō-
cluditqz qz cum aia alicui⁹ ligat res atqz alterat ad idem
qz vult. Dicitqz Albertus se inuenisse qz aie affectio est ra-
diy maxima oim harū rerum qz et theologi nostri affir-
mantes dicunt qz si his fides nō tribuatur nequaqz liga-
tionis alicui⁹ sequetur effectus/ cui⁹ cām assignant me-
ritum passionis iesu chrisi dñi nostri/ ob qz data est po-
restas cristicolis calcandi serpētes malignos. Diceret autē
tē qz opinio prima dixit diabolū nū posse efficere sine
hois voluntate quare diaboli sequitur nocumentū volū-
tate ligantis et non ligati/ ego bonus cur alterius nihil
mala oberit volūtas dicemus alibi nec vult tantū albero-
tus hanc aie affectionē solaz hui⁹ rei cām asserere sed sub-
dit siue propter grandē affectionē alteret corpus suuz et
alia que intēdit siue propter dignitatē obediunt ei res alie
viliores seu cū tali affectione exterminata cōcurrat hora
conueniens aut ordo celestis aut alia virtus que quāuis
faciat putauimus tñ aiam facere iam publicū ac verifi-
catum est qz ligationes hoim/ incantationes ad iraz pro-
motiones odium amicitiam detrimentū et gaudiū sunt
ad grandes affectiones consequentes. Et tu vides qz scōz
naturam vulgus abhorret maledictiones et vetularuz
blasphemias tanq̄ in eis sit virtus aut saltē cum eis ali-
qua mali virtus annexa. Natura autem nihil facit fru-
stra. Nec fugitur aliquid naturaliter nisi virtute natu-
ralis desiderij vel amoris timorisqz ad aliud. vt hz Sco-
tus li. iij. di. xliij. q. ij. argumento primo.

Johannes Wornher.

Contra hanc opinionem que est Alberti graue est ar-
guere est etenim intricata et nimium disianctiua. Dicit
primo virtutem aliquam anime ligationum causam.

Secundo qz grandis sequatur rei petite affectio.
Tertio quia propter magnā dignitatem obediunt ei res

alie vikiores. Quarto qz hora concurrat forte conueniens
aut ordo celestis. Quinto dicit aut alia virtus qz a non
nominat qua et ligationes facere assentit ne autem ha-
beat suspectus dicit illud aiā facere. Ne forte qz vo-
luit celum posse agere in aliquod naturale sit. Q. et qui a
tunc sciens talem effectum in ipso. Q. ligare potest hanc
estimo eius mentem si saltem scientis concurrat gradis
affectio et hora conueniens habent enim omnia tempora
sua contra iuristas qui dicunt omnia in nomine domini
nostri iesu christi fieri debere in omni tēpore indifferentē
per qz reprobare intendunt electiones glosa autem supra
memorata. xxvi. q. v. Non liceat. Dicit nil reprobari nisi
si necessitatis impositionē. Vult ergo Albertus aliqd na-
turale inueniri posse ligationis causaz Sed qz illud mihi
ignotum temerario ausu rem incognitam nō condēpno.

Thomas Burner.

Occurrit et hoc loco Antiquorū nostrorū mens et sen-
tentia. Opinabantur enim hunc ligationis effectum euz
omnibus alijs mundi mirabilibus a qualitatibus proce-
dere scz calido frigido humido sicco tāquā a radice scdm
qz habemus in quarto metheozorū. Dixitqz maior pars
phōrum et meditorū qz eorū admixtio ad omne mirabi-
le necessaria est hanc igitur defendere cupientes viam ne-
gare non presumant omnia mirabilibus plena quia ex
eisdem qualitatibus omne ens mundi (dēpta quita essen-
tia) terminus componi in calido et humido proportiona-
tis conseruari/ in consumptione humidi a calido destrui
vt habet Arestoteles in li. de longi. et bre. vite. Vnde hic q-
dam letus propter excrecentem coleram et in factis repē-
tinus/ hic inuidus melancolicus. iste monoculus is her-
mofrodita alter cōtractus que vnde sunt nisi complexio-
num ratione et qualitatū causa. Concludunt igitur li-
gationes cum alijs mundi mirabilibus esse a qualitatū
primarum diuersitates

Johannes Wdenher.

Sed et hanc opinioē que qualitatū diuersitatē ligatio-
nis cām assignat/ posset argui. Quia nō esset sufficiens
nō enī quietabitur mēs nrā/ dicunt enī ligatū sue passio-
nis maioramentū minoramentūqz sumere ex earundē
qualitatū primarū proportionē. ymo et qz ligatio ex vni-
us qualitatis destructōe/ seu vni^o per alterā principatu
ducaturqz consistat affirmāt. Quare queritur que hinc
qualitatū diuersitatis cā/ quod tñ infert que multarum
et diuersarū cōplexionum ratio/ nec dabitur altera nisi
diuersus vagatū stabiliumqz stellarū coitus. Et sic hec
opinio hanc quā Astrologi sectabātur vt presupponat
necessarium infert argumentum quare diminuta.

Thomas Burner.

Offertur et hoc vltimo loco. Alia antiquorū nostrorū
opinio ponētū litem et amicitia ligationū cām/ nō hāc
quā a qualitatibus euenire senserunt. sed que a natura in-
esse apparet. Litem i qualitatibus dico duarū qualitatū
disproportionē siue discōueniētiā. Amicitia at aliquarū
proportionē et pcoria. Et si isto mō hec opinio amicitia
et litem ligationū poneret cām/ necesse erat cū illa coincide-
re que dixit qualitates eē cāz Sz nō sic sz eā que a natura
inest intellexerūt. Vā vt ante hac diximus. Omne mūdi
ens in natura hz aliqd inimicū et destructiuū cū oē tale
ex materia cōpositum pstat que est destructiōis cā cui et
annexa est priuatio. vt hz Aresto. scdm qz dixim^o de oue
et lupo et alijs.

Johannes Wdenher.

Sz nec illa opinio amatissime preceptor que ligationū
causam assignat/ litem dicit et amicitia. Vāz hinc pa-
cem bellūqz duplici via euenire dixisti. A qualitatibus
primo. Secdo a natura. De primo tñ mō opinio nō intel-
lexit/ sed de secdo que scz a propria inessz natura. Qz fieri
nequit quoniā sicut prius. ita et iam queri posset que nā

diuersarū ratio naturarū. alia non nisi hec quā assignat
Albumazar li. i. sui maioris introductorij dicēs. Omne in
diuiduū ab alio quocunq; differre cōstareq; tribus hīs
Principijs proprietatibus. s. forme materie/ et siderū effe
ctu. De materia et forma in phisicalibus neis satis arbi
trabimur scriptū. s; scd; effectū siderū adueniētia plato
nica cōprobemus auctoritate (uolo dicere) qz idē effect⁹ ut
specierū distinctiōis cā existat. Quia nihil est cui⁹ ortus
legitima cā et rō non precedat. Nec preter hoc in inferiori
mūdo parte quicq; q; cause locū obtineat superstes id ce
lestem potentiā psequi necesse ē/ id autē est ut generis a ge
nere/ speciei a spē/ indiuidui ab indiuiduo diuisio et distā
tia/ ut aie corporisq; armonia aliq; accidētia innumera
ut sexus/ discretio forme et habitudinis decor vel turpis
tudo. stature inequalitas/ varij colores/ diuersi mores
atq; id genus. Quare sicut diximus et hec opinio cū alia
ut Astrologicam presupponat esset necessariū. et ideo in
sufficiens.

Caspar de Wdzperg:

Sufficientes Thoma nobis induxisti opiniones hui⁹
effectus occulti cām assignātes. Liceret et oēs approbare
Tum qz prima fundamentū sumpsit ex infallibili theo
logia. Scda ex astrologia quā tolerat ecclesia. Tertia au
tem que est Alberti. apparet vero consona/ qualis enim
ipse in naturalibus fuerit inuestigatiōis nō estimo quē
q; latere. Quarta se fundat in. iiii. Metheorum. Quinta
alias est circa naturā. Ne autē aliqd; zcludatur q; a veri
tate deuiaret/ aut ceteris displicere posset. Que theologi
ca opinione melior profecto nescio aliquā. tum qz deus
omnibus prouidet ut vult.

Johannes Wdzperg.

Absit a nobis aliquid temerario ausu zcludere/ sed di
sputatīue illud facere nō prohibemur. nec p oēs opinōes
positas argumētatus sum eas falsas dicendo. sed qz non
placuit ut vnica. sola sufficientē ligatiōis cām narraret.

Quare saluo meliori iudicio Dico causas opinionū sub
ordinatas. nec audeo dicere eēntialiter quia supra patuit
oppositū/ licet scdm philosophos forte illud nō eēt. Pri
igitur causa deus ipse cū vniuersalē sit in causando. Se
cunda celum/ alicui rei q; s. dictū est. aut virtutē pētitiuā
inflūēs suo motu lumie aut influētia. Qd at virtualiter
agens qualitates diuersas inducit disproportionatas et
huic impedimēto cōueniētes Que demū infirmitas com
plexionū fortitudine d. utilitate ve naturaliter augmēta
tur/ minuitur vni ma. altero redditur onerosa. Tū
ut dictū est diuersarū cōplexionū ratio qualitas est. Tibi
autē amātissime preceptor/ qz meorū dubiorum vincula
enodasti/ quas valeo et possum immortales refero et in
nūeras grarum actōes/ me per totius vite mee cursum
ad tua semper vota offerens promptissimum. Vale felix
per tempora multa.

Thomas Wdzperg.

Vale opinantes in principio/ posteris hū putandi ve
stigia relinquūt. Tu igitur generose dñe singulare refu
gium hūc tractatū velis (oro) suscipere animo eo quo da
tus est. Mihi in quā sufficit alijs (subtilius speculandi)
viam prebuisse. Absit obsecro omnis suspicio fallax. nec
hīs ut dixit Aresto. tantū gratiarū actiones referre tene
mur/ quorū apd nos veridica scripta tenentur. sed et ex
roneis et falsis scriptoribus/ aliquid nanq; pferunt ha
bitum eteni nostrū preexercitati sunt. Et ego cum nihil
utilitatis cōscripserim iuuentuti precor. faueas. Vale et
me ut soles cōmendatū habeto. Ex vniuersitate Fribur
gen. Sole in. xvij. gradu libere gradiente. M. cccc. p. cip.